



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Quid est Iusticia particularis?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

virium in homine, necessario praestanda Dei conditori iuxta omnes leges, ab ipso propterea insitas naturae humanae, ut congruat nostra natura cum mente et voluntate Dei, et non congruens, destruatur, et ut in hoc iudicio agnoscamus, qualis ipse sit, et a malis discernatur.

Hanc definitionem optimè intellexit Adam, qui conturbato ordine sciebat naturam destruendam esse. Est igitur eruditissima Platonis definitio, quæ primam unius hominis naturam afficit. Postea Aristotelis definitio, ducit eum ad communem societatem.

### Quid est Iustitia particularis?

Multæ sunt definitiones iusticie apud Platonem, quarum confusio caliginem Lectori offendit. Sed Aristoteles voluit confusè dicta distinguere, sapienter excogitauit discrimen iusticie uniuersalis & particularis, ex diversis modis loquendi. Nominat autem propriè particularem iusticiam eam virtutem, quæ regit officia debita alijs hominibus in conuersatione, id est, que tinetur personarum ordinem, vel efficit aequalitatem in contractibus, et in compensationibus delictorum et paenarum.

Est igitur definitio iusticie particularis, quam recitant Iurisconsulti sumta à Simonide: iustitia est virtus, suum cuique tribuens. Nam in

*lib. de Repub.*

*Ethic. cap. 2.*

Nicis virtus est, gubernans hominem, quatenus  
cum alijs agit, hoc est, vel personas ordinans, vel  
in communicans certa æqualitate.

Sunt autem duæ Species iusticie particulae: <sup>Distributio & Commutatio.</sup>  
Distributiva et Commutativa, nec sunt plus  
Ac ut intelligas hanc partitionem ex ipsa  
natura eruditissime et aptissime sumtam esse, to-  
tum hominum societas intuenda est. Nam in vni-  
versa hominum societate tantum duo sunt gene-  
re communicationis. Aut enim res communica-  
mus, seu commutamus, aut ordinamus personas,  
nimperia, magistratus, gradus in ciuitatibus, in  
familij magnis et paruis.

Ac manifestum est, totam societatem homi-  
num gubernari his duobus modis, personarum  
ordinatione, et rerum commutatione. Res autem  
communicamus per contractus, et cum haec com-  
municatio, que sit virtus caussa, in infinitum va-  
gatur, necesse est in ea summam æqualitatem ef-  
ficere, hoc est æqualia pro æqualibus reddi. Ne-  
quaquam enim perpetua communicatio esse pos-  
set, nisi mutuae vices essent, quia si qui darent  
sine æquali compensatione, ij tandem exhausti,  
fame perituri essent. Hinc sunt haec veteres sen-  
tentias Epicharmi, <sup>οὐ νοεῖ λαζαρέ οὐ τράπεζα</sup> Itē: τὰ τοα æqualia non  
πόλεμοι οὐ πατέται, Et hanc æqualitatem leges in fideliter bellū  
scipio iure diligentissimè querunt.

Ideo

Ethic. cap. 4.

Ideo Aristoteles definiuit commutatiuam iusticiam esse, quæ in communicatione rerum servat æqualitatem proportione Arithmeticæ, id est, quæ simpliciter æqualitatem efficit differentiæ rerum in infinitum.

Est enim Arithmeticæ proporcio, in qua positis tribus aut pluribus numeris, omnes dicuntur æqualibus differentijs, sine respectu proportionum, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Hic in perpetuum distat numerus proximus à proximo tantum. Huiusmodi sumantur exempla alia, 3. 6. 9. 12. 15. hic semper proximus à proximo distat tertio. Hanc formam accommodat Aristoteles ad commutatiuam, et facile est, rationem applicationis videre. Sicut enim hic omnes termini dicuntur simpliciter æqualibus numeris, sic queritur summa æqualitas inter emtorem et venditorem, ut conseruari genus humanum possit.

Ethic. 5.

Sic ut integer ordo maneat, iudicat sapientia Dei, qualitatem esse oportere poena & delicti. Hinc vetus est poena talionis, ut æqualitas, quæ prius fuit, sarcinatur. Ita lucet iusticia Dei compensatione, quam voluit solui pro delictis generis humani, cum Filius pro nobis poenam luct. Constitutum est enim premium æquivalens, ut magnitudo iustissimæ iræ aduersus peccatum conspicatur, &c.

Quid